Savus Millinus Dei et Aplicæ Sedis gratia Archiepiscopus Caesarea Sanctissimi in Xpto Pris et D. N. D. Innocentij Divina
Provid. Papæ Undecimi, eiusdemque sedis in his Hispaniarum Regnis cum facultate Legati a latere Nuntius, Iuriumque ac Rev. Cam.æ Aplicæ Collector
Generalis. Iustis et honestis petentium votis libenter annuimus, eaque favoribus, et gratijs opportunis prosequimur, prout res, et temporum qualitates
exposcunt, ac dignoscitur in Domino salubrius expedire; Sane pro parte Dilectæ Nobis in Christo Domnæ Franciscæ del Moral Monialis
Novitiæ in Monasterio Sanctæ Elisabethæ Civitatis Hispalen. fuit Nobis nuper expositum, quod ipsa religionis zelo ducta professionem
regularem emittere plurimum exoptat, verum quia adeo pauper et indotata existit, ut pium hoc suum desiderium ad optatum finem
perducere nequeat, nisi sibi ex pia memoria per q.m D. Ioannam Nuñez pérez ad favorem puellarum de certis familijs descendentium
et in illarum defectum extranearum [illegible] ecclesia Sanctæ Mariæ Magdalena dictæ Civitatis procreatarum, seu in
ea baptizatarum in Hospitali vulgo de Sangre nuncupato prope, et extra muros dictæ Civitatis, ac sub Patronatu seu Administratione
Patrum Priorum pro tempore existentium S. Mariæ de las Cuevas Conventus S.ti Hieronymi, et Sancti Isidori del Campo eiusdem ordinis
ad Religionis ingressum, ac alias prout in scripturis desuper confectis latius dicitur contineri fundata, et instituta portionibus subveniatur,
et ipsa exponens nec ex familijs vocatis, nec ex procreatis, aut baptizatis in dicta Parochiali ecclesia Sancta Mariæ Magdalenæ existat,
Nobis propterea humiliter supplicari fecit eadem Exponens quatenus secum super dicta fundatione dispensare, ac alias in premissis
opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Aplica dignaremur: Nos igitur dictam Exponentem alias apud Nos de generis
Nobilitate vitæ ac morum honestate, alijsque laudabilibus probitatis, et virtutum meritis multipliciter commendatam horum intuitu gratioso
favore prosequi volentes, et a quibusvis excom.nis suspen., et interdicti alijsque ecclesiasticis sen.tijs, cen., et poenis a iure, vel ab homine quavis occasione vel causa
latis, si quibus quomodolibet innodata existit ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutam fore censentes
huiusmodi supplicationibus inclinati, ac sufficienti ad id facultate muniti attentis præmissis ad eiusdem Exponentis spiritualem consolationem
cum ipsamet exponente super dicto defectu, ita ut illo non obstante ad unam ex dicta pia Memoria portionibus non secus ac si ex
dicta Parochiali ecclesia procreata, vel in ea baptizata fores, Patronorum eiusdem piæ Memoriæ ad id accedente consensu et sine praeiudicio
aliarum recipi, et admitti, ac illam in dictum Religionis ingressum convertere, et impendere libere et licite possit et valeat, authoritate
Aplica tenore præsentium dispensamus, eique in præmissis gratiose indulgemus: Patronis vero, seu Oeconomis et Administratoribus dictæ piæ Memoriæ
portionem huiusmodi eidem Exponenti ad effectum præmissum vere, realiter et cum effectu dand., persolvend., exbursand. et consignand. licentiam
et facultatem eadem authoritate Aplica tenore simili concedimus et impertimur: Fundatione pta, seu fundatricis voluntate, cui quoad hoc
hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus. Datum Matriti Toletan. Dioec. Anno
Dni MDCLXXIX. sexto decimo Kal.das Februarij Pontus S.mi Dni Nri Papæ Anno Tertio

S. Archiepiscopus Caesarien. Nuntius

Philippus [illegible] Abbas

R.ta 5.o 1.o f.o Bannes 9

Dispensada por nro
S. [illegible] en la bulla
dada —

DIPUTACION PROVINCIAL SEVILLA ARCHIVO

PERGAMINOS,103
Hospital de las Cinco Llagas, leg. 89-B

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO